



Ayuntamiento de Madrid

1783

omnia quæ dedisti mihi, abs te sunt : quia verba, quæ dedisti mihi, dedi eis : & ipsi acceperunt, & cognoverunt verè quia à te exivi, & crediderunt quia tu me misisti. Ego pro eis rogo : non pro mundo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi, quia tui sunt : & mea omnia tua sunt, & tua mea sunt : & clarificatus sum in eis. Et jam non sum in mundo, & hi in mundo sunt, & ego ad te venio.

Psal.
6.

Offertorium. Benedicite Gentes Dñm Deum nostrum, & obaudite vocem laudis ejus : qui posuit animam meam ad vitam, & non dedit commoveri pedes meos : benedictus Dñus, qui non amovit deprecationem meam, & misericordiam suam à me, allelúia.

Secreta.

Suscipe, Dñmine, fidelium preces cum oblationibus hostiarum : ut per hæc piæ devotionis

officia, ad cœlestem glóriam transferamus. Per Dñm nostrum.

Secunda Secreta de Rogationibus. Hæc múnera. fol. 319. **tertia de B. Maria.** Tua Dñmine. fol. 312.

Vel secunda de B. Maria, tertia Prôtege nos. **vel O** blátis. fol. 312.

Communio. Cantáte Dñmo, allelúia : cantáte Dñmo, & benedicite nomen ejus : benè nuntiáte de die in diem salutäre ejus, allelúia, allelúia. *Psal. 95.*

Postcommunio.

Tribue nobis, Dñmine, cœlestis mensæ virtute satiatis, & desideräre quæ recta sunt, & desiderata percipere. Per Dñm.

Secunda Postcommunio de Rogationibus. Vota nostra. fol. 319. **tertia de B. Maria.** Sumptis Dñmine. fol. 312.

Vel secunda de B. Maria : tertia. Quæsumus Dñmine. **vel H** æc nos quæsumus. fol. 313.



Museo Municipal
de Madrid

N.º 20178

IN